

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6889

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Newhouse, Sainte-Marie et Saint-Martial (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1162]

Lieu d'émission : Les Andelys

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Autre charte de confirmation accordée à l'abbaye de Newhouse.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCV, t. 1, p. 341-344.

Dissertation critique

« 1156-1159 ou 1156-1162 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 341.

Texte établi d'après a

H., rex Anglie, et dux Norm[annie] et Aquit[anie], et comes Andeg[avie], archiepiscopis, episcopis, abbatibus, justiciis, comitibus, baronibus, et omnibus ministris et ballivis, et omnibus hominibus et fidelibus suis Francis et Anglis, salutem.

Sciatis me dedisse et presenti carta mea confirmasse Deo et abbacie Sancti Marcialis de Nehus, et abbati et canonicis ibidem in ordine Premonstrat[ensi] Deo servientibus, ad sustentationem eorum, ut ibidem in servitio Dei permaneant, ecclesiam Sancti Michaelis de Glenteworthe in socha de Kirketun et ecclesiam Sancte Helene de Kiringt[un] in socha de Castre, que sunt de meo demenio, cum omnibus pertinentiis suis, in puram et perpetuam elemosinam. Do etiam et concedo predicte abbacie liberam facultatem eligendi abbatem secundum Romana privilegia et institutiones patrum generalis capituli Premonstrat[ensis]. Hec omnia dedi et concessi prefate abbacie pro anima Henrici regis, avi mei, et aliorum antecessorum meorum regum Anglie, et pro salute anime mee et pro statu regni mei et pro salute filiorum meorum ; et recepi in meam propriam manum et custodiam et protectionem et defensionem ipsam abbatiam et abbatem et canonicos et fratres et sorores et homines eorum et servientes, et terras et possessiones et omnes res suas, sicut dominica et specialem elemosinam meam in perpetuum. Et ideo precipio quod abbatiam illam et abbatem et canonicos ejusdem abbacie et omnes res et possessiones suas custodiatis et manuteneatis et protegatis sicut reas meas proprias, ita quod eis vel rebus suis nullam injuriam aut molestiam vel gravamen faciatis vel ab alio fieri permittatis. Et si quis eis in aliquo forisfacere presumpserit, id sine dilatione eis emendari faciatis. Preterea concedo et presenti carta mea confirmo omnes donationes que rationabiliter date

sunt dicte abbacie et de cetero dabuntur, et quas per se vel per alios rationabiliter acquirere poterunt, videlicet terram quam Petrus de Gausla habuit in Nehus et eis dedit, cum rusticis, hominibus, molendinis, stagnis, pratis, marescis, pasturis, turbariis, terris cultis, et cum terris de Warnoche, et omnibus rebus que in eadem villa ad dominium ejusdem Petri pertinerant, et sextam partem ecclesie Omnium Sanctorum de Broclosebi, ecclesiam Sancte Margarete de Haburc, et unam bovatom terre cum mansuris et omnibus aliis appendiciis et cum quinquaginta duabus acris in Kilvingholm, cum decima acra pratorum ejusdem Petri et cum piscatorio in Humbre, et unam mansuram in maresco de Gausla cum sex acris prati et piscatorio alio in Humbre ; unam bovatom terre in Alesbi cum una mansura ; ecclesiam Sancti Botulfi de Saielbi cum omnibus pertinentiis suis ; terram de Brodholm que pertinet ad feudum Willelmi de Perceio cum duobus nemoribus ultra Fossedic et quadraginta acris prati cum omnibus eidem terre pertinentibus. Ex donatione Ranulfi de Baiocis et Hugonis filii et heredis ejus, servitium unius militis quod ad predictam terram de Nehus pertinet, que fuit Petri de Gausla, quod servitium Hugo de Baiocis coram me apud Andeleium dedit abbacie de Nehus et quietum clamavit in perpetuum. Similiter in Nehus, de feudo Gaufridi de Turs, homagium Willelmi filii Gaufridi de Nehus ; terram Redwi cum rusticis, molendinis, stagnis, pratis, marescis, pasturis, turbariis, terris cultis, terris de Warnothe cum omnibus pertinentiis suis. Et hec dedit abbacie de Nehus predictus Willelmus, filius Gaufridi de Nehus, assensu domini sui Gaufridi de Turs. In Northkilingholm, ex donatione Radulfi de Haltone et Gervasi, fratris et heredis ejus, ecclesiam Sancti Petri cum omnibus pertinentiis suis, et decimam molendini de Schitere. In Suthkilingholm, ex donatione Nicholai de Hareci, in eadem villa, ex donatione Willelmi de Seilli, culturam de Brantzost totam, cum terra culta et prato quod ad eam pertinet ; in Haburg, ex donatione Hugonis Berner et Willelmi filii et heredis ejus, unam bovatom terre cum una mansura in marescis de Haburc, et pasturam trescentarum ovium, et omnes terras et mansuras quas habent de feudo ejusdem Willelmi, cum omnibus pertinentiis suis. In eadem villa, ex donatione Hervei, unam salinam. In Broclosebi, de feudo Gileberti Filii Nigelli, duas bovatas terre cum una mansura et communi pastura ejusdem ville et cum duabus acris terre, ex donatione Henrici clerici. In Kilingholm, ex donatione Nicolai de Areci, ecclesiam Sancti Dionisii cum omnibus pertinentiis suis, et tres bovatas terre cum prato adjacenti et pastura ducentarum ovium. In magna Limbergia, de feudo Hugonis de Scoteni, duas bovatas terre cum una masura, et quicquid ad terram suam pertinet in Henedale. In Kiringt[un], de feudo Alani de la Mare, duas bovatas terre cum una mansura. In Kaburnia, de feudo Gaufridi de Turs, octoginta acras terre, et preter eas tres bovatas terre cum mansura juxta Restedich et mansura que fuit Garpolf, cum pastura septingentarum ovium cum agnis suis, et de feudo Ramnulfi de Baiocis unam bovatom terre cum una mansura. In campis de Clakesbi, Acreholes cum appendiciis suis, tam ex feudo Willelmi de Braibo quam ex feudo Godardi de Clakesbi. In Rothewelle, ex donatione Alani Filii Glai, sex bovatas terre cum una mansura. In campis de Bernecebi, ex donatione Haket de Rideford, octoginta acras terre cum situ bercarie sue quatuor acrarum et pastura trescentarum ovium. In campis de Nortunia, locum qui vocatur Rodemilne, ubi est capella Sancti Jacobi, cum decem bovatis terre et tribus mansuris in eadem Nortunia, cum duabus culturis, Kirkehil et Briggedeile, et quatuor acris et quatuor selionibus, ex donatione Roberti Filii Turketini cum decima panis et cervisie domus ejus. Juxta Ancolne, locum qui vocatur Ruholm cum omnibus pertinentiis suis que pertinent ad feudum Alani de la Mare. In Brodholm cimiterium, quantum pertinet ad feudum Willelmi de Albenico, et de eodem feudo duas bovatas terre, quas Haccus tenuit, in nemoribus, planis terris cultis, pratis, pascuis, aquis et omnibus pertinentiis suis. In Hireford, ex donatione Roberti de Toini et Radulfi de Albenico, ecclesiam Sancti Michaelis cum omnibus pertinentiis suis, et omnes terras et mansuras et pasturas quas habent de feudo eorum, tam intra villam de Hyreford quam extra. De feudo Walteri Filii Alfredi, terram que fuit Morcarii cum pertinentiis suis. De feudo Willelmi Beket, in campis de Crokesbi, molendinum quod dicitur Duvemilne cum terra adjacenti et cum decem acris terre versus divisam de Hireford. Quare volo et firmiter precipio quod jam dicti canonici omnes terras suas et tenuras, et omnes possessiones suas et homines suos habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et piscariis, in marescis et turbariis, in molendinis et stagnis, in toftis et croftis, in viis et semitis, in civitate et burgo, in foris et nundinis, quorumcunque sint, in transitu pontium et maris portuum, et in omnibus locis et per totam Angliam et Normanniam et per omnes meas terras sint quieti, tam ipsi quam homines sui, de teloneo et pontagio et lestagio et stallagio et hydagio et wardis, et operibus castellorum et pontium et parcorum, et sumagiis, et de omnibus geldis et danegeldis et fengeldis et horngeldis et peniggeldis et misericordiis et forisfacturis et auxiliis et wapentacis et hundredis et thriching[is] et schiris et murdre, et de omnibus auxiliis vicecomitum et ministrorum suorum, et scutagiis et assisis et summunionibus et tallagiis, et de omnibus occasionibus et consuetudinibus et de averiis suis in namum (sic) capiendis, et de omni terreno servitio et seculari exactione. Habeant vero predicti canonici curiam suam et justiciam cum sacha et socha, et thol., et them., et infangenetheof, et cum omnibus aliis libertatibus, nec habeant vicecomites vel ministri eorum

aliquam potestatem in feudis aut terris seu hominibus vel possessionibus predictorum canonicorum. Et prohibeo ne predicti canonici ponantur in placitum de ullo tenemento unde cartas habent donatorum vel vinditorum aut dominorum suorum, nisi coram me vel coram capitali justicia mea.

Testibus : Philippo episcopo Baiocensi, Rotro (sic) Ebroicensi episcopo, Rogero archidiacono, Gaufrido reg[is] capellano, Willelmo de sigillo, Willelmo fratre reg[is], comite Hugone, Willelmo comite de Arundel., Ricardo de Luci, Ricardo de Humez constabulario, Ricardo de Camvilla, Hugone de Baiocis.

Apud Andeleium.